



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia**

**Sulpicius <Severus>**

**Amstelodami, 1665**

Phacee Rex Israel.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11490**

2 fidiis, 1 exemplo facti sui, periit. Mane creptum Sellæ  
3 imperium tenuit, 3 filioque Pache reliquit. Eundem vero  
4 Pache quidam ejusdem nominis 5 interemit, 6 regnumque  
4 occupavit. Mox 7 ab Osee peremptus, eodem scelere quo as-  
sumpserat, imperium amisit.

LXXXVI. Hic

Manes hæresiarcha nomine. Utriusque vero nomen Paracletum sive consolatorum significat. *Usserius.*

1 *Exemplo facti sui periit.* Quod evenit olim Zambri, ut regnum Elæ per vim ereptum, septem tantum dies tenuerit, idem quoque Sellæ contigit, qui uno mense regnavit. *Sigon.* Nam Manahem nomine Regis sui Zachariæ Thirziam obsidens, audita cade ejus, Sellum quoque sustulit, & imperium rapuit. *Joseph.*

2 *Imperium tenuit* ] II Reg. 15. 22. Vir immani crudelitate, qui ne prægnantibus quidem sceminis pepercit. Quod ante eum & Hazaël fecit, Rex Syriæ; & post exercita hæc crudelitas tum alibi, tum in vesperis Siculis. Tales Manahemi, infelicissimo seculo nostro, Germaniam omni immanitatis genere exhauriunt. *Horn.*

3 *Filioque Pache reliquit.* Cum regnasset annos x. usque ad l. annum Azaria. Hic primus Assyrii viam in Israëlitem ostendit, vocato contra Thirsenses Phul Belocho. Qui videtur Beles Diodori esse, socius Arbacis in bello contra Sardanapalum gesto. Eo ad vivicomburium adacto, in quo urbs Ninive in cineres subsedit, solus quidem Arbaces in Monarchia successit, Beleses tamen præfecturam Babyloniae & Assyriæ obtinuit, ac paulo post titulum regium, vel sponte Arbacis, vel per rebellionem, sumsisse videtur. Vide Petavium 9. de Doct. Temporum 35. & 10. 3. Pache Paccia est 4. Regum 15. 25. Pacea in Chronico Eusebii. *Drus.* Ος τῆ ε πατρὸς καὶ ἀρχιεπιστοῦ ἀμύπη, δυνὶν ἔτε (ι μόναις ἤξευ. *Joseph.* Usserius ostendit Phul fuisse patrem Sardanapali, qui inde dictus Sar-

danpul, ut Merodach Baladan, Efaiz cap. 39. 1.

4 *Pache quidam ejusdem nominis.* Hic in fonte Phacee dicitur, nomine quidem affini & cognato, sed tamen alio diversoque. Græci quoque in his nominibus variant. Nam Phaceia in eorum libris vocatur φακισίας, alter autem φακίς ἢ φάκισ. Sic edit. Romana. quam nunc solam consului. Hic Phacee regnavit ann. xx. Sub hoc Theglath Phalassar Rex Assyrius magnam partem populi transtulit in Assyriam. 4. Reg. 15. 29. *Drus.*

5 *Interemit.* Δολοφονηθεὶς ἐν συμποσίῳ ἐπὶ φίλων ἀπέθανε, φακίς ἢ νός, ὅς ἦν χιλιάρχος ἐπιβαλόντων τὸ αὐτῷ. *Joseph.*

6 *Regnumque occupavit.* Et cum Retzin Rege Syriæ Hierosolymis obsessis, Judæorum cxx. occidit in prælio, centum millia abduxit. Achaz Rex Judæ, post hanc cladem, evocato Tiglat Pilessere Assyriorum Rege, Damascus capit; qui Syros, & ex Israël quinque tribus, Rubenitas, Gaditas, dimidium tribuum Manasse, Zabulonitas, & Nephthalitas, in captivitatem abduxit. 4. Regum 16. Joseph. 9. cap. 13. Et sub eodem Tiglat Pilessere, Babyloniis ab Assyriorum dominatu deficientibus, Nabonassar novum regnum Babylonicum erexit. De quo vide Scaligerum 5. De emendatione Temporum, & alios Chronologos.

7 *Ab Osee peremptus.* Vocatur Hosee filius Ela Ἀρχιεπιστοῦ ἐνεκα. Nam alius erat filius Beer, cujus Prophetia etiamnum extat. *Drus.* Ἀπίθωνος ἐπὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ ὁ Ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς φακίς, ἐπιβαλόντων